

78 N 2 [120]

143

LÆTITIA SÆCULARIS  
OB FIDEI  
EVANGELICÆ CONFESIONEM AUGUSTÆ  
VINDELICORUM DUCENTOS ANTE ANNOS  
EXHIBITAM,  
QUAM  
IPSIS ONOMASTERIIS  
SERENISSIMÆ AC CELSISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,  
DOMINAE  
CHRISTINÆ,  
NATAE DUCIS MEGAPOLITANÆ, PRINCIPIS  
VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SVERINENSIS ET  
RATZEBURGENSIS, RELIQUA,  
RELICTÆ COMITIS STOLBERGÆ, KOENIGSTEINII, ROCHE-  
FORTI, WERNIGERODÆ & HOHNSTEINII, CETERA,  
PRINCIPIS AC DOMINÆ NOSTRÆ LONGE  
CLEMENTISSIMÆ,  
D. XXIV. Julii Anni sœcularis ccccxxx.

*Felicissimo fidere effulgentibus in Lyceo Wernigerodenſi*

DUABUS ORATIONIBUS

Christianam Echo celebrati nuper gaudii sœcularis præ se ferentibus  
sollemni ratione testari,

*Admituntur*

RECTOR & CON-RECTOR  
Phrontisterii Wernigerodenſis.

WERNIGERODÆ, Ex Officina Michaelis Antonii Struckii, Typogr. Aul.



Kapsel 78 N 2 [120]

X 30598/1 AK



**I**ntra fausta atque fortunata, quæ homines a cœlo indepti sunt, nullum præstantius esse Dei munus, quam veritatem, sapientiores ab omni ævo judicarunt. Quo maior autem est hujus beneficii amplitudo & præstantia, eo iniquius ferendum, ple-rosque mortalium tanta esse protervia, ut vel penitus illam rei-icant, vel si videantur admittere, oscitanter tamen colant, nec digne pensiveant. Melioris certe mentis fuerunt maiores nostri, qui cælestem doctrinam variis antea detractionibus & additamentis contaminatam, tum vero in lucem denuo protractam avide adripuerunt, Augustæ Vindelicorum intrepide confessi sunt, & pro ejusdem tuitione dignitates, commoda, bona, immo vitam ipsam obtulerunt. Nos etiam sicut beneficium repurgatæ religionis maioribus nostris ac nobismet ipsū divinitus indultum & in hunc usque diem servatum grata prædicamus mente: ita confidimus, fore, ut idem semper colat, semper canat, semper celebret pia nostrique officii æmu-la posteritas. Veritas enim semper una est, & semper victrix, quia divino armata est præsidio; errores contra multiplices & fugaces. Ab ultimis mundi originibus atrox contentio fuit veritatis & mendaciorum; veritas sæpe quidem oppugnata, adflicta, vexata: semper tamen vicit & perficit triumphans. Vix machina hujus univerli a sapientissimo creatore producta erat, cum iam Cainus in quo Paullus vera fidei defectum notat, ejusque posteri tyranni immanes, sinceros Dei cultores odio prosequerentur; quos deinde longo ordine exceperunt Ismaelitæ, Esauitæ aliique oso- res acerimi. Nihilo tamen fecius verus Dei cultus conservatus fuit & propagatus. Postquam traducta erat vera ecclesia in Ægyptiacas regiones per dura & aspera quidem trahebatur, glisebat in dies lœvitia praefectorum Pharaonis, labores Israelitearum in lateribus coquendis duplicabantur & ne-fanda intantum cæde exitium ecclesiae parabatur; sed veritas stabat incon-cussa. Reducta demum ecclesia in avitas regiones variis quidem Israelitæ presi sunt servitibus, veritas autem numquam est oppressa.

Splendidior adparebat ecclesiæ Israeliteæ facies, cum potentissimi reges eidem imperitarent; sed non multo post diviso & distracto regno & Acha-bo res moderante valde res ecclesiæ erant adflictæ. Achabus enim cum con-juge Iesabele versuta & ex malitia consuta, trucidatis divinis prophetis pu-rum numinis cultum extinguere tentabat, ita; ut Elias in opinionem adduceretur, se unum superesse Dei veri cultorem, cui autem Deus significabat: se reservasse sibi septem millia, qui neque genua flexissent, neque deosculati fuissent idolum Baal nuncupatum.

Ad incitas videbatur redacta vera ecclesia Dei, cum Judæorum in ca-ptivitatem

ptivitatem Babyloniam fieret deportatio, atque omnis propagandae verae religionis occasio vidererur absissa. Verum enim vero neque Daniel bestiarum laniatui objectus, neque socii ejus in ignem conjecti a vero dimoviri potuerunt; testes quoque etiam veritatis in ipsa captivitate non defuere ingenui.

Restitutis deinde Judæorum revertentium sacris & templo denuo Hierosolymæ exstructo latior quidem comparebat ecclesia status; sed non multo post Haman ruinam genti judaicæ minitabatur, cuius vero consilia & vaframenta sanguinolenta Deus in caput ejus convertit. Neque minus triumphum deportavit veri doctrina de potentissimo rege Antiocho, qui Judæis profana sacra imperabat, una Maccabæa mulier supplicis teptem filiorum non perdomita tyrannum septies, ut Prudentius loquitur, subjugavit. Sic veritati semper honos decusque suum constituit,

Antequam Christus vera lux adventu suo orbem terræ collustraret, unius generis erant veritatis infidatores pagani deorumque cultores: coruscum autem evangelii lumine oborto judæi tamquam vespertilionis occæcatae defensoribus oppugnatores facti, Christum ipsum ejusque sectatores criminationibus, lapidibus & atrocissimis suppliciis adficerunt. Herodes Agrippa Apostolum Petrum catenis constringi jussit, Jacobus autem gladio peremptus est: sed persecutor pœnam meritam mox perpeccus est, dum veribus exesus milite vitam posuit. Ita etiam ex hoc prælio veritas superior discessit, & cum antea arctis judææ limitibus circumscripta fuisset, nunc prædicatione apostolorum latius manavit, judæis aggressoribus patria, templo, sceptro orbatis & per terrarum orbem ignominiose dissipatis. Atq[ue] videbatur de veritate cum Nerones, Domitianus, Antonini, Decii, Diocletiani crudelissime in Christianos sèvirent, & funditus extirpare conarentur quicquid Christo nomen dederat. Sed martyres fiducia in Deum suffulti, verbera, fœdisimos carcerum squalores, bestiarum laniatus, ignitas prunas, craticulas, ferris, securis aliaque saevitiae instrumenta fortiter spreviverunt, & cælestem doctrinam sanguine suo obsignarunt. Sic pauci & inermes veri sectatores mendaciorum regno bellum indexerunt, & victores vigerunt, ita, ut idolis destrunctis cultus deorum eversus debilitatusque fuerit. Cum enim Constantinus sacris Christianis addictus summas imperii teneret, non paullatim, sed lapsu graviore ruebat regnum errorum, tempora consecrabantur non diis fictis, sed, cui debebant, Deo vero & trinuni. Sed novos patiebatur veritas adsulps at häreticis Ariani dictis, qui non ut certi secus sentientes in latibulis delitescebant, sed in luce, in aulis se conspicendi præbabant, unde nociva tela tanta celeritate in universam ecclesiam misserunt, ut quemadmodum Hieronymus referit, *Orbis ingemuerit, sc̄que Arianum esse miratus fuerit*. At neque hæc calamitas perpetua fuit, sed detestandis erroribus eliminatis veritas caput altius exultit, et hos aliosque hostes suos Pelagianos, Nestorianos, Eutychianos æque felici successu prostravit.

Subdole quidem rem tractavit Julianus Apostata, qui, ut everteret regnum Christi, alia aggressus est via. Auctis enim domesticis christianorum dissidiis ac scholis interdictis lucem evangelicam restinguere tentavit. Sed & hunc perduellem veritas debellavit, quod ipse videretur confessus, cum inter verba desperabunda: *viciisti tandem Galilee impuram animam cum sanguine efflavit*.

Nutare iterum videbatur salus ecclesiæ, cum antichristus sellam nocivam conscenderet & universo christianorum orbi leges præscriberet, collapsa enim tunc veteri disciplina gliscerebat in dies superstitionis, multiplicabantur errores & omnia mutabantur in deterius.

Per

Per manus tamen ab annalibus conditoribus traditum est, numquam detuuisse, qui veritatem sint contestati & consecutati intrepide. Saeculum cum laberetur duodecimum Waldenses neque blanditis, neque viac minis induci poterant, ut veritatem agnitam abnegarent. Neque minus sequenti tempore Ioannes Wiclef, Ioannes Huss, Hieronymus Pragensis, Hieronymus Savanarola aliique a seculae compelli potuerunt, ut purioram doctrinam linquerent. Sic diu luci cum tenebris dimicandum fuit, usque dum dispulsis errorum nebulis magnificientissimum egit triumphum; cum opera Lutheri felicis recordationis viri religio purior reducta est, integratitudine ac nitori pristino redditia. Auctus ab eo tempore est numerus eorum, qui in tuenda veritate semel reperta & in retundendis impugnantium telis operam locarunt & doctrinam agnitam invicto animo professi sunt. Ante hos ducentos annos in Comitiis Augustanis solemnis dies dictus erat, quo de mutatis sacris ratio redderetur & confessio doctrinæ exhiberetur ad curat. Hoc cum pii confessores peregerunt, splendor veritatis radios suos longe lateque diffudit & oculos hominum tantopere perstrinxit, ut in hunc usque diem non potuerit extingui. Gaudemus nos exinde merito, quando fidei nostra symbola retinemus illibata & templa nostra adhuc personant doctrinis intaminatis, Deumque precamur, ut tantæ felicitatis prorogationem nobis posterisque propitiis indulgeat. Cum autem saecularia sacra cum universo protestantium orbe inter preces laudesque publicas ante dies non ita multos celebravimus; ut idem in nostra schola peragamus nostrum depositum officium. Multis quidem impedimentis & ex parte morbo Rectoris scholæ ad hunc usque diem reiecti exsolvimus tandem quod tempori debebamus superioris sedsat cito, si sat ingenue. Cumulatur jam gaudium nostrum, quia crastina luce fortunate revertentur onomasteria serenissimæ ac celissimæ Principis ac Dominae CHRISTINÆ, natæ Duciis Megapolitanæ, reliqua, fulgentissima genitricis Celfissimi Comitis ac Domini nostri clementissimi. Conseruet nobis Deus hanc piæ veritatis amnesticam summam, qua cum nostro comitatu haeredis filii loco praeset, multa saluberrimis institutis in nos contulit beneficia. Sospitet eam Deus permultos adhuc annos, ut existat venerandum decus et ornamentum universæ domus Stolbergensis. Neque minus nostra aucta est hilaritas, cum bono faustoque omne, in ipsa festivitate saeculari, novum scholæ nostræ domicilium, Deo vero & sacratissimo sollemni oritu, et exquisitis ceremoniis dicatum est et consecratum.

Providentissimum Dei numen supplices rogamus, ut hanc novam nostram musarum sedem sartam teatamque ad seruo venturos posteros conservare velit, ut sit & permaneat templum veritatis, pietatis, eruditionis, cultique moris officina. Jungentur haec preces votive cum supplicationibus ad Deum pro conservanda puriori religione ardenterisimis cras hora IX matutina in sollempni panegyri. Praestabunt hoc verbi conceptis

EUSTASIUS FRIEDERICUS SCHÜTZE Rektor, de incrementis regni crucis Christi ante & post exhibitionem Augustana Confessionis sermone germanico datus &

HENRICUS CAROLUS SCHÜTZE, Corrector, qui latina verba faciet de meritis piorum quorundam iureconsultorum in re ecclesiæ nostræ symbolicam, Summus Comitis ac Domini nostri clementissimi amor in repurgata religiosis castimoniam & incomparabilis eius indulgentia spem nobis facit, fore, ut illustrissimi Comites praesentia sua res nostras splendidores reddant. Neque non speramus Macenates Patronos nostros, & reliquos Fautores rei litterariz, qua sunt in nos benevolentia, in acroaterio scholæ nostræ superiori praesentia suæ auscultationisque copiam benignè nobis esse concessuros. Idque ut facere velint, idem eidem subiectissime, observantissime ac perramanter rogamus atque contendimus. P. P.  
Wernigerodz, a. d. xxiii. Julii anni saecularis cibloccccxxx,



VD18

78 N 2 [120]

143

# LÆTITIA SÆCULARIS

OB FIDEI

EVANGELICÆ CONFESIONEM AUGUSTÆ  
M DUCENTOS ANTE ANNOS  
EXHIBITAM,

QUAM

ONOMASTERIIS

LSISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,

OMINAE

ISTINÆ,

EGAPOLITANÆ , PRINCIPIS  
S HENETÆ , SVERINENSIS ET  
EBURGENSIS, RELIQUA,OLBERGÆ, KOENIGSTEINII, ROCHE-  
RODÆ & HOHNSTEINII, CETERA,OMINÆ NOSTRÆ LONGE  
MENTISSIMÆ,

iii Anni sæcularis cœloccxxx.

Fulgentibus in Lyceo Wernigerodenſe

ORATIONIBUS

Si nuper gaudii sæcularis præ se ferentibus  
emni ratione testari,

Admituntur

& CON-RECTOR  
isterii Wernigerodenſis.

Facina Michaelis Antonii Struckii, Typogr. Aul.



Kapsel 78 N 2 [120]

X 3053811

AK

		Black	3/Color	
		White	Magenta	
		Red	Yellow	
		Green		
		Cyan		
		Blue		
Farbkarte #13				
Inches	Centimetres			
8	20			
7	18			
6	16			
5	14			
4	12			
3	10			
2	8			
1	6			
0	4			